


74. Nihilo mitius peccat Calvinus & ipsius Hyperaspistes Paraeus, Sacramentarius Heidelbergensis, qui pleraque prophetarum vaticinia, quæ de officio Christi, nempe nativitate, passione & morte ejus agunt, glossematis Iudaizansibus ita consurcent, imò enervant, ut probationis nihil eis maneat reliquum : id quod in nostrorum scriptis abundè est demonstratum.



DISPUTATIO X.

DE OFFICIO CHRI-
STI REGIO ET STATV
exaltationis.

THEISIS I.

Quod in consueto rerum humana-
rum ordine fieri consuevit, ut humiliatio-
nem sequatur exaltatio, id in Christo
etiam Servatore nostro abundè completum est.

2. Quem ordinem sic ab æterno Patre constitu-
tum fuisse, Servator ipse attestatur : Oportuit,
inquiens, Christum pati, & sic intrare in
gloriam suam. LUC. 24, 26.

De